



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Regularvm Vtrivsqve Ivris Cvm Ampliationibvs Ac  
Limitationibvs**

**Dueñas, Pedro**

**Venetiis, 1566**

Regula XXI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63213](#)

## D. Petri Duen.

### REGULA XXI:

**A**CUTOR tenetur sequi forum rei: Ita probat text. in l. iuris ordinem. C. de iurisd. om. iud. in l. in criminali, eod. tit. in l. fi. vbi in rem actio, de iure Cano. tex. in c. cum sit generale, de foro comp. & in c. si clericus laic. om. eo. ti. facit etiam tex. in l. iiiij. in prin. ff. de alie. iud. mut. cau. facti. ibi. quia si cum eo qui alterius prouincie est experiar, in illius prouincia experiri debeo.

Hanc regulam limitat octo modis Barth. Soc. in reg. x. vnde此  
modis limitat Maria. Soc. in d. c. cū sit generale, a nu. 8. usque ad nu.  
18. de iure nostro Regio limitatur hec reg. 14. modis, vt in l. xxxij.  
tit. 2. par. 3. & in l. iiiij. tit. iiij. ea. par. & in fi. Bartho. Soci. ponit mirabile cautela per quam fere nunquam auctor sequeretur forum rei.

Amplia hanc reg. ultra eos duobus modis, vt per Alex. Losen in d. l. iuris ordinem, in nu. 8. vbi etiam ponit alias tres limitationes.

Limita etiam quinquaginta & duobus modis, vt per Specu. in tit. de compe. iudi. adit. in. 5. generaliter, nu. 1. cum seq.

### REGULA XXII.

**A**CUTOR non probante reus debet absolvi: Ita pbat tex. in l. q. accusare, C. de eden. De iure Regio. tex. in l. ccix. tit. 2. par. 3. & in catoe 6. q. 5. l. j. ti. vij. l. ij. fori: etiam si reus nihil pset probationis vel defensionis. Hanc reg. ampliat 2. modis & limitat quindecim modis Hyppol. de Marfil. in l. de minore, in 5. tormenta. ff. de questio. ultra quas limitationes, vide alias per Fran. Purpur. in d. l. qui accusare. a num. 8. usque ad finem, vbi notabiliter declarat materiam huius regule.

### REGULA XXIII.

**A**TTESTATIONES testium licet sint inualide, de consensu tamen partium conualidari possunt. Hanc Regulam ponit Bal. per tex. ibi in l. fi. nu. 1. C. de testi. glo. in c. cum causam quae inter Archiepiscopum, eo. tit. de testi.

**2.** Limita primo, nisi testes fuissent recepti ante litem contestatam, et sic in casu non permisso: quia regulariter non possunt recipi testes lue non contestata, vt per totum, vt lita non contestata, nam tunc tales attestations inualidæ non possunt conualidari de consensu partium: Ita concludit Bal. in l. j. ff. de foeri. & in auth. Si quis in aliquo, C. de eden. Ratio est, quia litis contestatio, & similes actus, qui sunt de substantialibus iudicij, non possunt tolli consensu partium: ita notabiliter concludit glo. in c. de causis. de offic. deleg. & sic iste defectus non potest suppleri consensu partium: alias autem secus, scilicet si testes non iurati deposuerint: nam tunc licet eorum dicta sint inualida, possunt tamen conualidari per partium consensu: & ita debet intelligi glo. in d. c. cum causa.

Secundo